

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria z
cum fonte primo

Quis eius multiplices
species enumerare valeat?
Hec enim Pentapolim cum adiacenti
regione subuertit, Sychen cum populo
interemit; hec filios Iude
percussit, Iudeum et Madianithidem
pugione transfodit, tribum Benjamin pro
uxore Leuite deleuit, filios Hely
sacerdotis in bello prostravit;
hec Vriam occidit,
Amon interfecit, plurimos lapidauit;
hec Ruben maledixit, Sampsonem
seduxit, Salomonem peruertit. Verum est
ergo quod legitur, propter speciem
mulieris multi perierunt.

Innocentius ibidem (de uilitate
condicionis humane).

Quis luxurie multiplices
species sufficienter valeat explicare?
Hec enim Pentapolim cum adiacenti
regione subuertit, Sychem cum populo
interemit, Her et Onam filios Iude
percussit, Iudeum et Madianithidem
pugione transfodit, tribum Benjamin pro
uxore Levite delevit, filios Hely
sacerdotis in bello prostravit;
hec Uriam occidit,
Amon interfecit, / presbyteros lapidavit;
hec Ruben maledixit, Sansonem
seduxit, Salomonem peruertit. Verum est
ergo quod legitur: "Propter speciem
mulieris multi perierunt" (Eccles. 9, 9).

Innocentius III, *De miseria condicionis
humane*, 2, 23 (R.E. Lewis ed., p.173,
ll.1-10).